



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

449. An succedat, & jus administrandi habeat Capitulum ecclesiæ
exemptæ, habentis jurisdictionem quasi episcopalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](#)

dum Episcopus ab hostibus aut pugnatis captus est. Card. de Luca, de benef. d. 16. n. 4 junctio n. 11. citans Rebuff. in c. cum nulla de concess. preb. Ventrig. loc. cit. citans Meroll. theol. mor. p. 3. d. 7. c. 7. Marschot. var. resol. l. 2. c. 15. n. 38. qui testatur, sic fuisse decisum in Burgen. 10. Martii. 1597. eoram Orano juxta tex- tum c. si Episcopus. de suppl. neg. Pratalor. in 6. ubi disponitur, ut Episcopo in captivitatem redacto ecclesia censeatur vacare (ubi tamen r. vacare impropriè accipitur, ut Card. de Luca cit. n. 11.) & jurisdictione ad Capitulum devolvatur.

3. Item exceditur responsio, quando Episco- pus degit in remotis, & Vicarius illius relictus in diaconi moritur absque alia Episcopi provisione. Ventrigl. loc. cit. citans Quarant in sum. Bullar. v. Ca- pitulum sede vac. n. 1. Genuens. in pr. c. 86. n. 11. Dia- nam p. 6 tract. 4. resol. 3. Meroll. loc. cit. n. 6. dicunt autem Episcopos esse in remotis, quando ejus pra- testitia brevi haberi nequit. Ventriglia. loc. cit.

Questio 448. An exinde quoque, quod vices gerat & supplet defuncti Episcopi, Capitu- lum sede vac. sit & vocari possit Vicarius Episcopi?

Resp. videri questionem hanc habete multum de nomine. Capitulum sede vacante inter Vi- carios Episcopi conumerandum assertit Sbroz. loc. cit. n. 1. dicendum quoque propriè Vicarium Episcopi, affirmant gl. in c. cit. c. unic. de major. & obe- dientia. Innoc. in c. eam te. Decius loc. cit. n. 7. apud Sbroz. cit. n. 1. cōd quod vicarius (intellige propriè talis) dicatur à vice. quam gerit juxta l. vicarius ff. de legat. Sylv. in sum. vicarius. Bellin. tral. dare miti- tari. p. 1. tit. 17. de off. vic. n. 1. & seq. Unde etiam tali capitulo tanquam vicario Episcopi literas trans- mitti à Papa, restatur Innocent. loc. cit. n. 5. apud Sbroz. loc. cit. n. 4. & quos citat Federic. de Senis. cit. cons. 30. n. 3. Abb. in c. cum offm. n. 1. Roman. conf. se 6. n. 13. quin etiam testetur, esse opinionem communem. rationes tamen, quas adducit pro se Sbroz, non magnopere stringere videantur, nempe quod longè plura possit. Capitulum sede vacante quam Vicarius Episcopi (intellige generalis) vivente Episco- po, quod possit constituere vicarium, qualem con- stituere nequit Vicarius generalis Episcopi. quod non fungatur in omnibus vice Episcopi, puta in collationibus beneficiorum. ad quod tamen po- strem ipse Sbroz. advertendum ait, etiam Vicaria- rum generalem Episcopion posse omnia, quae Episcopus, ad priora verò facile dici possit, dari Vicarios plures propriè tales, et si unus eorum plus possit, quam alter.

Questio 449. An quoque succedat, & ius ad- ministrandi habeat Capitulum Ecclesie ex- emptæ, habentis jurisdictionem quasi Epi- scopalem?

Resp. Capitulum talis Ecclesie omni modo ex- empta, ea vacante, non secus, ac Capitulum cathedralis administrationem & jurisdictionem habet (potest prouide, ut probabiliter Pith. loc. cit. n. 16. corrigere, ferre censuras, aliisque facere; qua- tale capitulum cathedralis, de quibus inferius) quia tales ecclesiae aequi parantur cathedralibus. Laym. in c. his que de major. & obedient. n. 2. Pith. loc. cit. n. 58. sic quoque in praxi servari testantes.

Questio 450. An etiam Capitulum ecclesie col- legiate, qua est titulus Cardinalis, et va-

cante, seu mortuo Cardinali administret, & succedat in jurisdictione?

Resp. affirmativè Laym. loc. cit. Fagn. in c. his que de major. & obed. n. 2. & 32. Pith. loc. cit. n. 14. & 16. juxta expressum textum cit. c. his que. ubi statuit Pontifex, ut mortuo Cardinali titulari talis eccle- sia presbyteri Capellani clerici Capellarum seu Parochiarum alias eidem Cardinali ratione talis tituli subiectarum Capitulo seu collegio istius ec- clezia collegiata titularis in omnibus obediunt. Pith. cit. n. 14. Fagn. loc. cit. n. 1. Atque ita spectato jure communii mortuo Cardinali tota administra- tio & jurisdictione Cardinalis devolvitur ad Capitu- lum, seu collegium dicta Ecclesie collegiata, sicut mortuo Episcopo tota eius administratio transit ad Capitulum Ecclesie cathedralis, nisi Papa quæ- dam exceperit. Fagn. Pith. l. cit. quemadmodum Papa in cit. c. his que. exceptit, sibi que reservavit pro bono pacl, ut inquit, correctionem, excommuni- cationem, suspensionem, interdictum, in ordine ad quæ dicti presbyteri, clerici &c. subjecti erant alias Cardinali, & subjecti permanent subditi Episcopi vacante sede Episcopali Capitulo cathedrali, ut dicetur infra. Proinde hodiecum mortuo Cardinali Capitulum eiusdem Ecclesie titularis non poterit causas criminales cogoscere, ferre censuras &c. Idque vi juris communis; cōd quod ea potestas, et si cessante exceptione illa papali competet et tali capitulo de jure communis (ut tenent Pith. cit. n. 16. & Abb. antiquo in c. his que in fine & Bellam. notab. 5. Abbas Panormit. n. 2. Host. apud Fagn. cit. n. 34. contrarium & forte melius, ut ait Fagn. tenentibus cum Innoc. in cit. c. his que. n. 2. cōd quod nec capi- tulum, nec Cardinalis ille titularis hanc habeat jure proprio, sicut eam haber Episcopus, sed spe- cialiter à Papa) per reservationem tamen Papa in- sertam corpori juris, adeòque facientem jus com- munne (non secus ac privilegium insertum) Juris communii facit jus commune gl. 4. in c. constitutio- nem, de regul. jur. in c. Jo. And in c. ex parte il. primo. n. 3. Hostiens. & c. apud Fagn. loc. cit. n. 35.) ablata est. Porro ratio, cui Papa dicat, se bono pacis reservare sibi illa, est, quod quia consuetudo in Urbe allega- batur, vi cuius capitulum dicebatur habere potes- statem illam corrigit, & censuras ferendi, pon- tifex ad vitandas litigias, & scandalum noluit illam consuetudinem approbare, sed ex suo officio pro bono pacis id sua providentia reservavit. Fagn. cit. n. 34. Pith. cit. n. 16.

Questio 451. An quoque Capitulum alterius saecularis collegiate, que non est titulus Car- dinalis, aut alias exempta vacantis seu pri- vata seu capite succedat, & administret?

Resp. Supposito, tales Prałatum inferiorum R. v. g. Praepositum aut Decanum talis Colle- giatæ habere jurisdictionem dignitati sua an- nexam in illa ecclesia, & capellis eidem subjectis, earumque clericos, idque, ut bene Pith. loc. cit. n. 59. privativæ seu excluso Episcopo, ita ut is in prima instantia se immiscere nequeat, modò inferior illæ Prałatus ite implat officium suum, eam non ha- beat frustra, quæritur, ut rectè ait Fagn. in c. his que. n. 36. an ea sit transmissibilis in Capitulum sede va- cante non convenire adhuc AA. inter se in puncto hujus questionis. Negativam, nimurum, adminis- trationem, & jurisdictionem non transire mortuo Prałato ad tale Capitulum, tenent Laym. ad cit. c. his que. n. 4. Pith. loc. cit. n. 59. secuti in hoc Felin. in idem